

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De locis ac mirabilibus mundi, mit Register

[Nürnberg], 1486

Ca XXXVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-129620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129620)

iectus est & extinctus. Augetur autem ex ortu canis liquefcentibus niuibus & cum accessione triginta fluminū circa rauennam in adriaticum mare defertur. Tyberis ytalie fluius a tyberino rege alborū dicitur appellatus. qui in hunc fluiū cecidit: & de exitu suo nomen dedit. Nam antea albula antiquum nomen a colore habuit quod niuibus albus sit. Ipse est aut tyberis sed tyberis in quotidiano sermone: tyberis in versu dicitur. Danubius germanie fluius vocari fertur a niuium copia quibus magis augetur. Iste est qui in europa plus omnibus famam habet. Idem & hister: quia dum innumeras vadit gentes: mutat & nomen & maiores sibi ambiendo colligit vires. Orietur a germanicis iugibus & occidit a libyis: quibus barbarorum gens contra orientem sexaginta in se flumina recipit. septem ostiis in ponticum influit. Rodanus gallie fluius ab oppido Rodocognominatus est quem coloni rodiorum vocauerunt qui rapido concitus cursu: tirreni equoris freta scindens non modicum sepe nauigantium facit periculum: dum inter se maris fluctus & amnis fluēta decertant. Renus a rodani societate fertur vocatus: quoniam cum eodem ex vna puincia oriatur. Est aut germanie fluius inter tres europae maximos fluios computatus: qui a iugo alpiū usque in oceanum profunda cursus suos dirigit. Iberis amnis qui quondam totius hispanie nomen dedit. Minus fluius gallie nomen a colore pigmenti sumpsit: qui in eo plurimus inuenitur. Dorius a grecis quasi doricus cognominatur. Tagum fluium carthago hispanie nūcupauit ex qua ortus procedit: fluius arenis aureis copiosus: & ob hoc ceteris fluiis hispaniarum prelatas. Betis fluius qui & betice puincie nomen dedit: de quo marcialis. Betis olim fera crinem redimite corona aurea qui nitidis vellera tingis aquis. eo quod ibi lane pulchro colore tinguntur. Betis aut dicitur eo quod humili solo decurrat. Betin enim greci humile vel miserum vocant. Quedam aut flumina in diluuiio soluta mole terrarum preclusa sunt quedam vero que non erant abissi tunc pruruptis meatibus eruperunt.

De diluuiis. CA. XXXIII

Diluuiū dicitur quod aquarum clade omnia que inundauerit delect. Primū diluuiū extitit sub Noe: quando hominum sceleribus offensus omnipotens: toto orbe coniecto: deletis cum ceteris vniuersū spacium celi fuit ac pelagi. Cuius haec in dicitur videmus: in lapidibus: quos in remotis montibus conchis & ostreis concretos: sepe etiam cautos aquis visere solemus. Secundū diluuiū fuit in achia. iacob patriarche & ogigii temporibus: qui eleusine conditor & rex fuit: nomenque loco & temporis dedit. Tercium diluuiū in thessalia moysi vel ansitron temporibus qui tertius post cecropem regnauit cuius temporibus aquarū diluuius maiorē partem populorum thessalie assumpsit: paucis per refugia montium liberatis: maxime in monte parnaso in cuius circuitu Deucalion tunc regno potiebat: qui tunc

ad seratibus confugientes susceptos: per gemina parnali iuga fouit et aluit. A quo propterea generis hominum grecoꝝ fabule ex lapidibus repatū ferunt propter hominum insitam cordis duriciam: sed & flumina cum insolitis auēta imbribus ultra consuetudinē vel diuturnitatē vel magnitudinē redundant: multaque persternunt & ipsa diluuiū dicuntur. Sciendū aut flumina cum supra modū crescūt non tantū ad presens inferre damna: sed etiā & aliqua significare futura.

De partibus geminis & monstruosis: CA. XXXV

Exstant ab vno ortu duo puerperia egesta: vt in ea que gemino partu alterū marito similem: alterū ab vtero genuit. Rursus in alia que vni iusto partu: alterū quinque mensium edidit & in alio que septem mensium edito puerperia in sequutus mensibus geminos enixa est. Haly. Pariunt quidem mulieres sepe duos raro aut plures: vidi tamē que peperit masculos. scilicet duos & feminā. Tradunt etiam quandam mulierē vno partu quinque peperisse: sicque quattuor annorum spacio viginti fetus viuentes effudisse: & hoc quidem possibile est: mihi tamen sensu incognito. Sunt etiam quattuor in matrice loca foueis similia: que sunt ora venarum a quibus sanguis menstruus in matricem fluit. Audiui etiam mulierem in septimo mense peperisse filiū: & in nono aliū. Huius causam esse dicunt quod post conceptionem coitui se dederit alterius viri. Sigibertus in chronicis. Temporibus Theodosii senioris in castello iudee emaus: natus est puer perfectus ab vmbilico & sursum diuisus: ita vt haberet duo pectora: & duo capita & vnusquisque proprios sensus. vnus edebat & bibebat: & alter non edebat vnus dormiebat: & alter vigilabat: nonnunquam simul dormiebant. Ludebant ad adulterutrum: & flebat vterque: & percutiebant se inuicem. Vixerunt aut annis ferme duobus: & vnus mortuus est: alter vero superuixit diebus quattuor. Solinus. Contra naturam est in pedes procedere nascentes. Quapropter hi velut egre parti appellantur agrippe: ita editi minus prospere viuunt & de vita eorum breui recedunt. Quidam etiam cum dentibus procedunt: vt agreus: papyrus: carbo & Marcus curio dentatus ob id cognominatus. Quidam vice dentium continui ossis armantur soliditate: qualem filium bythinorum rex brusias habuit. Ipse dentium numerum discernit qualitas sexus: cum in viris plures sint: in feminis pauciores quos rinodentas vocant. Et quibus gemini prodeunt a dextra parte fortune blandimenta promittunt. Quibus a leua versa vice. Cumque nascuntium prima vox sit vagitus: Zoroasten ipsa hora que natus est risisse nouimus. Iohannes Crisostomus super Mattheū libro. ii. Sicut aut nascuntur quidam eunuchi sicut & sex digitos habentes vel quattuor. Si enim deus sicut ab initio constituit vnāquamque creaturam: sic ea dimitteret immutabiliter semper in ordine suo permanere: natura rerum ipsa se regere estimaret: & operatio dei coram hominibus in obliuionē duceret.